

Landesbibliothek Oldenburg


Digitalisierung von Drucken

**Sacra Paschalia Pie Celebranda Indicit Academia Ienensis
Praemittitur de continuatione identitatis in vita futura**

**Officina Fickelscherriana Officina Fickelscherriana
Ienae, [MDCCLXXX?]**

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-9667



Landesbibliothek Oldenburg

DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DUX SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA-
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.

C I V I B V S

§. I.

 **E**st quaestio longe gravissimi momenti, quae unumquemque hominem proprius tangit; quatenus praemia ac poenae in futuro statu proposita ad eosdem spiritus pertineant, qui in hac vita ad virtutem, vel ad scelus animum adipicaverunt. Si enim verendum esset, ne Deus ad percipienda praemia nobis promissa, vel ad perferendos dolores scelerato impendentes, alium spiritum substituat, videte, quantum dignitatis virtuti, quantum sceleri horroris detrahitis. E contrario nihil est, quod fortius a peccatis revocet, studiumque Deo sese probandi magis accendat, quam consideratio, quod *nosmet ipsos* factorum nostrorum consequentiae, quaecunque tandem sint, certissime maneant. Et quum religio nostra fere tota in eo versetur, ut vitam futuram ex continua hac in terris peracta ortam operiri nos iubeat, haud abs re nobis visum est, in hoc argumentum accuratius inquirere. Quod ut commodissime absolvatur propositum nostrum, fundamenti loco *notionem generalem identitatis*, cui illa *metamorphoseos* necessa-